

CALLISTUS SECUNDUS

P A P A CLXII.

ANNO ÆRÆ CHRISTI COM. MCXIX.



Guido, Willelmi Magni Burgundia Comitis filius, antea Viennensis Archiepiscopus, S. R. E. Cardinalis, & Paschalis II. per Gallias Legatus Apostolicus, electus est in Romanum Pontificem die prima Februarii anni 1119. ac post dies octo Viennæ consecratus. Sedit in Pontificatu annos V. mens. X. dies XII. (a) imperantibus in Oriente Calo Joanne, in Occidente Henrico IV. Imp. Fecit ordinationem per mensem Decembrem; Diaconos, Presbyteros, & Episcopos plurimos creavit, quos per diversa loca distribuit (b). Obiit die 13. Decembris anno 1124. & sepultus est Laterani juxta Dominum Paschalem. (c) Vacavit Sedes dies VII. (d)

(a) Sic legitur in Quarto & Sexto ex Codicibus, Criticæ Baronianæ præpositis, exclusâ tamen obitus die, quam includit Martini Polonus, & auctor Magni Chronici Belgici, Callisto tribuentes ultra annos V. & mens. X. dies XII.
(b) Exscriptæ Baronius ex quodam Vaticano Codice.
(c) Inquit Pandolphus Pisanus in vita Callisti.
(d) Includit obitus Callisti die.

I.

Monasterii Trenorciensis bona omnia confirmantur, & cum cæteris privilegiis Monachis Abbatem de gremio eligendi conceditur facultas.

Ex authographo editi Chiffletius historia Trasnorc.

Calixtus Episcopus Servus Servorum Dei, dilecto in Christo filio Franconi Trenorciensi Abbati, ejusque Successoribus regulariter promovendis, in perpetuum.

Justis votis assensum præbere, justisque petitionibus aures accommodare nos convenit, qui licet indigni, justitiae præcones, in excelsa Apostolorum Petri & Pauli specula positi Domino disponente conspicimur. Idcirco petitionibus tuis clementius annuentes, Trenorciensi Cœnobio, cui Deo auctore præfides, ad exemplar prædecessoris nostri sanctæ memoriæ Paschalis Papæ, præsidium Apostolicæ protectionis impendimus: & loca illa, quæ vel antecessorum tuorum, vel tuæ strenuitatis industria aut rationabiliter acquisivit, aut legitime recuperavit, vel antiquorum Principum seu Episcoporum liberalitate eidem Cœnobio concessa sunt, presentis decreti pagina vobis vestrisque Successoribus confirmamus.

Exordium.

In Episcopatu videlicet Claremontensi Monasterium sancti Porciani, cum Ecclesiis de Besson, de Quintiniaco, de Polines, de Celsiaco, de Travallio, de Fellinia, de Monte Aureo, de Sustris, de Charel, de Liriniaco, de Martiliaco, de Monfanc, de Boiaco, de Barbariaco, de Vernei, de Villena, de Lupiaco, de Paredo, de Brialis, de Verinnas, de Voroz, de Sancto Lupo: Ecclesias de Besiaco, de Nuilliaco, de Capelz, de Branciaco, de Floriaco, cum Cappella de Cavarocca: Ecclesiam de Salviliis de Libiaco: Ecclesiam sancti Nicolai, & Ecclesiam de Vernolio: In Cabillonensi, Prisiacum, Aguliacum, Ecclesiam de Baldreas, Ecclesiam sancti Andree, Lambras, Manciacum, Ecclesiam de villa Ginniaco, de Ver, Ecclesiam sancti Andree de Bulgiano, Vassiacum, Briennam, Juveniacum, Ecclesiam sancti Jacobi de Grassiaco, sancti Benigni, Ecclesiam de Cabrosio, Ecclesiam de Cavannis, Bifficum, Ecclesiam sanctæ Mariæ de Soliniaco, sancti Martini de Butella, Ecclesiam sancti Andree, quæ vulgo vocatur Pannos, Ecclesiam de Monte Raculfo, Ecclesiam de Sastriaco, Ecclesiam de Peroaiaco, Cappellam de castro Corgenon, Ecclesiam sancti Lidi, quæ vulgo vocatur Oliva, Lovincum, Silviniacum: In Marticonensi, Ulrichiriaco, Villare, Plotos, Belniacum, Ecclesiam de Lidonziaco, cellam sancti Romani, sancti Mauricii, Sancti Symphoriani, sanctæ Mariæ de Cappella Reverias, sancti Petri de Romaniscas, Ecclesiam de Aziaco, de Fifiaco, sancti Juliani de Lonciaco, sancti Vitalis de Lenna: In Bituricensi, Ecclesiam de Sociaco: In Augustudemensi, Ecclesiam de Pariniaco cum Cappella, Ecclesiam de Petrasiaco, cum Cappella sancti Justini: In Namnetensi, Monasterium sancti Philiberti, Ecclesiam de Machicol, sancti Martini de Paciaco, sancti Liminii, Ecclesiam de Limoziveria, sancti Columbani, Ecclesias de Carcoiaco, Ecclesias de Mores, mansiones de Legiaco, de Tolvei, Ecclesias de Monasteriis: In Pistaveni, Herum insulam, Ecclesias de Bello videre, cum

Bona, quæ Monast. confirmantur.

ci.

cimiterio, cellam sanctæ Mariæ Lauduni, Ecclesiam sancti Nicolai, sancti Petri, Ecclesias de Basilicis sanctæ Crucis, Ecclesias de Berniziaco, de Aziaco, Maciacum, Taziaco, Ecclesiam de Madernas, Ecclesias de Bernazai, de Monte sancti Leodegarii, de Etivalibus: In Turonensi, Pontiacum, Verniolum, Corcoriacum: In Andegavensi, cellam Cunaldi cum appendiis, Ecclesias de Doadi castri, sancti Dionysii, sancti Petri, sancti Johannis, sancti Leodegarii, Ecclesiam sancti Laurentii, villam Landrum, Terentiacum, Ecclesias de Varinas, sanctæ Mariæ de Tanays cum Cappella: In Genevensi, Ecclesiam de Perois: In Ancienfi, Monasterium sancti Philiberti, Ecclesiam sancti Petri de Salitas, sancti Felicis de Landons, sanctæ Mariæ de Pratalias, sancti Martini Cocornensis, cappellam sancti Philiberti, sancti Cyriaci, sancti Mauricii Amblavensis, sancti Vincentii, Cappellam in castro Syroi, sanctæ Mariæ de Bosac, Cappellam de castro Rocos, sancti Juliani Caspiniaci, Cappellam de castro Mercolio, Ecclesiam sancti Quinti: In Dienfi, Ecclesiam de castro Grainan, sancti Romani, Ecclesiam de Torrites: In Tricastrinensi, Ecclesiam de Valle Nimphis, sancti Martini, sanctæ Mariæ, sancti Petri, sancti Romani, Cappellam sancti Michaelis de Gaba, Ecclesiam de Eleemosyna sanctæ Mariæ de Grainan: In Auraficeni, Ecclesiam de Dosera, sanctæ Mariæ, sancti Benedicti, sancti Christophori, sancti Saturnini. In Vafionensi, Ecclesiam sancti Germani, sancti Petri de Falco, Sanctæ Mariæ de Purpureas: In Viennensi, cellam sanctæ Agnetis de Mora, sancti Martini de Aziaco cum cimiterio, sancti Verani de Rivas. Ecclesiam de Fai, sancti Johannis de Castro Miron, Ecclesiam de Villanova, Cappellam sancti Michaelis de Albon, Ecclesiam sancti Saturnini cum parochia, cellam sancti Philiberti de Muniaco, Ecclesiam sancti Romani, sancti Andree, Ecclesiam sancti Ferreoli: In Episcopatu Bisuntino, sancti Cornelii, sancti Desiderii, Ecclesiam de Arzon. Quæcumque præterea in futurum, largiente Deo, juste poteritis adipisci, firma vobis vestrisque Successoribus, & illibata permaneant. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat idem Cœnobium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuire, vel temerariis vexationibus fatigare: sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum sustentatione & gubernatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Ad hæc adjicimus, ut idem locus, in quo beati Valeriani Martyris, & sancti Philiberti Confessoris corpora requiescunt, ab omni jugo secularis potestatis liber in perpetuum conservetur. Nec Episcopo liceat cujuscumque Diocesis eundem locum, excommunicationis, vel absolutionis, vel cujuslibet dispositionis occasionibus perturbare: aut cruces, seu quaslibet exactiones novas burgo, & cæteris Monasterii possessionibus irrogare. Missas quoque in eodem Monasterio publicas celebrari, vel stationem ab Episcopo, præter Abbatem & fratrum voluntatem fieri, prohibemus. Cætera etiam, quæ per reverentia memoria Johannis, & prædicti Domini Paschalis II. Pontificum privilegium Trenorciensi Monasterio confirmata sunt, confirmamus. Præterea, pro reverentia beatæ Mariæ semper Virginis, cujus nomine locus vester insignis est, in Annuntiatione Domini

Decretum immunitatis ab omni vi, vel molestia.

Ecclesia Valeriani ab omni spirituali, & temporalis Episcopi jure libera declaratur.

Bull. Rom. Tom. II.

Salvatoris nostri, hymnum angelicum inter Missarum solemnias, Abbati vel fratribus pronuntiare concedimus. Obeunte te, nunc ejusdem loci Abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullius ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia præponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum pars consilii sanioris, secundum Dei timorem, & beati Benedicti regulam elegerint, ab Apostolica Sedis Episcopo, vel ejus Legato propter difficultatem itineris, consecrandum. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularive persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove communita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei & Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultionis subiaceat. Cunctis autem eidem loco justa servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Abbas Mænachus eligendus;

Et a Romano Pont. vel ejus Legato consecrandus.

Calixti PP. subscriptio.

In Symbolo,
FIRMAMENTUM EST DOMINUS
TIMENTIBUS EUM.

Datum apud Celsiniam, per manum Ghryfogni, S. R. E. Diaconi Cardinalis, ac Bibliothecarii, VI. Idus Maii. Indictione XII. dominicæ Incarnationis anno MCXX. (a) Pontificatus autem Domni Calixti Secundi Papæ anno I.

Dat. die 10. Maii ann. Domini 1119. Pont. ana. 1.

II.

Canonici S. Stephani & S. Joannis Bisuntinæ Civitatis a juramentis per eos factis liberi & soluti declarantur.

Calixtus Episcopus Servus Servorum Dei, dilectis filiis Bisuntinæ Ecclesiæ S. Joannis Evangelistæ Canonici, salutem & Apostolicam benedictionem.

Ex Chiffletii historia Trevericiana.

Inter vestram, & B. Stephani Ecclesiam quædam possessionum unitas per contractum nostrum Humbaldum Lugdunensem Archiepiscopum facta est, quæ grave admodum inferre videbatur utrique Ecclesiæ detrimentum; nec omnino sine animarum periculo, quæ inde facta fuerant, juramenta poterant conservari. Quæ supradictus frater noster, unâ cum Archiepiscopo vestro Anserico diligenter nostra etiam commo-

Series facti.

(a) Dionysiana quidem computo: Calixtus enim II. electus & consecratus mense Februarii anni 1119. Ætæ communis, mense Maio anni 1120 ab anno Pontificatus sui primo jam exsuperat, ne illud advertamus annum 1120. ætæ ejusdem Indictione tertia decima, non duodecima fuisse annumeratum. Verum enim vero, quæ ratione Bullas, sive Privilegia, Chiffletio relata, tantummodo in recepta ab aliis numeratione differant, neicio omnino: imo tamen argui hinc satis non posse horum monumentorum suspensionem; nihil enim habent, quod methodum illius ævi propriam non sapiat, unum hoc si excipias.

X 2

Canonici... Huiusmodi... Pontifex...

Huiusmodi... Pontifex...

Solite elau...

Callisti PP...

Dat. die 10...

Ex Concilio...

Series con...

A Paschali...

Cella Mona...

A Monachis...

monitione perspicens, utriusque partis jurame... EGO CALIXTUS, Catholice Ecclesie Episcopus...

III.

Cellam sancte Mariae de Gordiano Ananiensi...

Calixtus Episcopus, Servus Servorum Dei...

Super cella S. M. de Gordiano jam diu apud Sedem Apostolicam facta questio...

justitia non ad plenum fuit inquisita. Nos, ut nulla eis adversus Apostolicam Sedem clamoris...

Hoc frater noster Ato Arelatenis Archiepiscopus audiens, & ipse clamare cepit, dicens: Arelatensem Ecclesiam injuste suis possessionibus...

ab eisdem separatum... Ceterum fratres illi, etiam ex tunc toto ejusdem Domini tempore...

Hanc profecto sententiam toti concilio placere,

Ab eoque eisdem...

Hinc reclamatum...

Proposuitque...

Datque favore...

ab eisdem separatum...

Celleque...

Huiusmodi... Pontifex...

Ceteraque...

Solite elau...

Callisti PP...

Et S. R. E. Cardinalium...

Et ceterorum...

cere, a fratribus nostris Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, acclamatum est. Confestim Anianenses in medium tres senes monachos protulerunt...

Prolatam igitur a fratribus supra nominatis de jam saepe dicta cella sententiam, & totius assensu concilii approbatam...

Quaecumque praeterea Anianense Monasterium per authentica praedecessorum nostrorum Johannis, Nicolai, Alexandri, Urbani, Paschalis Pontificum Romanorum...

Praedictam cellam de Cordanicis Arelatenis Archiepiscopus in manu nostra, per virgam quam gestabat, in conspectu totius concilii refutavit. Nos vero eam tibi, fili in Christo carissime Pontifici...

Cum tunc eidem loco sua servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus & hic fructum bonae actionis percipiant...

Ego Cono Pranesinus Episcopus. S. Raimundi Barbastrensis Episcopi. Ego Archiepiscopus Bernardus Ausciensis...

Ego Boso, tituli sanctae Anastasiae presbyter Cardinalis. Ego Ato Arelatenis Episcopus. Ego Gregorius Diaconus Cardinalis...

Ego Fulco Aquisgranensis Archiepiscopus, s. Ego Gualterius Magalonenis Episcopus. Ego Johannes, Presbyter Cardinalis...

Ego Amicus abbas sancti Laurentii foris muros. Ego Arduinus Abbas sancti Savini.

Datum Tolose per manum Chryfogoni S. R. E. Cardinalis ac Bibliothecarii, Idibus Julii, Indictione XII. Dominica Incarnationis anno M. C. XIX. Pontificatus autem Domni Calixti II. Papae anno I.

IV.

Vindocinense Monasterium, cui Privilegia omnia, & praecipue totale dominium in Ecclesia S. Prisca, confirmantur...

Calixtus Episcopus, Servus Servorum Dei, dilecto filio Goffrido Vindocinensis Monasterii abbati, ejusque successoribus regulariter substituendis, in perpetuum.

CUM universis Ecclesiae sanctae filiis Apostolicae Sedis auctoritate ac benevolentia debitores existimamus... Liberumque ab omni alia subjectione declaratur.

Dat. die 15. Julii ann. Domini 1119. Pont. an. 1.

Ex notis...

Exordium...

Monast. Vindocinense...

Sub Apostolica...

Liberumque...

Confirmatur...

In qua nec...

Ro-